

ism.) sin minus, futurum, ut ex agro Ecclesiae loliorum instar evel-
lantur; Illud per Universalem Evangelii praedicationem tempo-
re Apostolorum factum est; hoc inchoatè & particulariter fit hinc pœ-
nis cladibusqve temporalibus; Consummate autem & Universaliter
fiet in extremo die æterna rejectione *Matth. 13, 49. 50.* Speculum
nobis hinc exhibetur tam *miseri cordiæ DEI* erga omnes pios & pœni-
tentes; nec non *iræ ipsius* adversus omnes impios & impœnitentes.
Maturemus igitur pœnitentiam & conversionem ad DEUM, de qua
scitè & eleganter *Chrysostomus*: *Vera conversio respuit avaritiam, hor-
ret luxuriam, fugat furorem, firmat amorem, calcat superbiam, excludit
invidiam, componit mores, odit malitiam.*

Ἀξιωμακόνδρα.

1. τὰ λεξικά.

1. Impii comparantur ovibus, quæ saginantur ad mastrandum.
2. Hierosolyma superbia Jordanis. 3. Ecclesia hæreditas, & dilecta ani-
ma Domini. 4. Gladius Babyloniorum, gladius Domini devorans. 5.
Hostes Ecclesie mali vicini. 6. Jurare in nomine Domini, idem quod
vera religio (per *Synech. speciei.*)

2. τὰ γλωσσικά.

Memoriâ digni sunt *v. 1. 3. 13.*

3. τὰ ἀπυρομακὰ.

Sufficere possunt hujus *capitis* narrationi duæ conciones,
quarum 1. Ex coll. quio Propheta cum DEO: 2. ex colloquio
DEI cum Propheta habenda.

v. 2. pertinet ad *Dom. 1. Trin.*

v. 7. ad diem *Festum Stephani & X. Trin.*

CAPUT XIII.

1. *Ratio Connexionis.*

HAÆntis Propheta excidium denunciavit *oratione simplici*
& *ἀτύπω*: Jam DEI mandato idem facere pergit *τυπῶ* qui-
busdam adhibitis.

2. *Argumentum Capitis.*

Totum istud *caput ἀπλήτικόν* i. e. in *comminatione excidii*: par-
tim *ἀτύπω*, partim *τυπῶ*, occupatum.

3. *Par-*